Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



230

C H ſ.

rogabant aut eum discipli eius quæ
erat hæc parabola. Quibus ipse ait. Vo
bis datum est nosse mysterium regni dei:
ceteris autem in parabolis: ut videntes non
videant. et audientes non intelligant.
Est autem hæc parabola. Semen est verbum
dei. Qui autem secus viam: hi sunt
qui audiunt: deinde venit diabolus
et tollit verbum de corde eorum ne credentes
salui fiant. Nam qui super petram:
hi sunt qui cum audierint cum gaudio
suscipiunt verbum: et hi radices non
habent: qui ad tempus credunt. et in tempore
tentationis recedunt. Quod autem in
spinis cecidit: hi sunt qui audierunt
et a sollicitudinibus et divitiis. et voluptati
bus vitæ euntes suffocantur: et non refe
runt fructum. Quod autem in bona terram:
hi sunt qui in corde bono et optimo au
dientes verbum retinent: et fructum affe
runt in patientia. Nemo autem lucernam
accendens operit eam vase. aut subtus
lectum ponit. sed super candelabrum ponit:
ut videntes lumen videant. Non est
enim occultum quod non manifestetur: nec
absconditum quod non cognoscatur. et in
palam veniat. Videte ergo quomodo
audiatis. Qui enim habet dabitur illi:
et quicumque non habet. et quod putat se ha
bere auferetur ab illo. Venerunt autem
ad illum mater et fratres eius: et non poterant
ad eum ire ad eum pre turba. Et nunciatum est
ei. Mater tua et fratres tui foris stant vo
lentes te videre. Qui respondens dixit ad
eos. Mater mea et fratres mei hi sunt. qui
verbum dei audiunt et faciunt. Factum est
autem in una dierum: et ipse ascendit in na
viculam. et discipuli eius. Et ait ad illos.
Transeamus trans stagnum. Et ascen
derunt. Navigantibus autem illis ob
dormivit. Et descendit procella venti
in stagnum. et compellebantur et periclita
bantur. Accedentes autem suscitaverunt
eum dicentes. Preceptor perimimur. At
ille surgens increpavit ventum. et tem
pestati aquæ: et cessavit. Et facta est tran
quillitas. Dixit autem illis. Ubi est fi
des vestra: Qui timentes. miratus sunt
dicentes ad invicem. Quis putas hic
est: Quia et ventis imperat et mari: et
obediunt ei. Et navigaverunt ad regi
onem gerasenorum. que est contra galileam.
Et cum egressus esset ad terram: occurrit
illi vir quidam qui habebat demonium
iam temporibus multis: et vestimento indue
batur. neque in domo manebat. sed in mo
numentis. Is ut vidit iesum: procidit
ante illum: et exclamans voce magna
dixit. Quid mihi et tibi iesu fili al
tissimi: Obsecro te ne me torqueas.
Precipiebat enim spiritui immundo. ut ex
iret ab homine. Multis temporibus enim arre
piebat illum: et vinciebatur catenis.
et compedibus custoditus. Et rupis vin
culis a demonio agebatur in deserto.
Interrogavit autem illum iesus dicens. Quod
tibi nomen est: At ille dixit. Legio.
Quia introierant demonia multa in
eum. Et rogabant illum ne imperaret
illis. ut in abyssum irent. Erat autem
ibi non longe grex porcorum multorum
pascentium in monte. Et rogabant eum
ut permitteret eos in illos ingredi: et permi
sit illis. Exierunt ergo demonia ab
homine: et introierunt in porcos. Et impetu
abiit grex per preceps in stagnum: et suffo
catus est. Quod ut viderunt factum qui
pascebant: fugerunt: et nunciaverunt
in civitate et in villas. Exierunt autem
videre quod factum est: et venerunt ad iesum. Et
invenerunt hominem sedentem a quo demo
nia exierant vestitum et sana mente